

AD THEMISTII ORATIONEM XXXIV.

περὶ τῆς ἀρχῆς.



In oratione περὶ τῆς ἀρχῆς, quam ex Codice Ambrosiano Maius primus protulit, post multorum curas hic illic aliquid emendandum superest, quod paucis notabo.

Mendum apertissimum inest in Themistii verbis p. 444, 17 Dind. ἡ γὰρ ἐπήραμεν ἀμφω Φιλοσοφίαν εἰς τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων καταγγαγόντες ἡ ἀμφω καταβεβλήκαμεν. Pugnant inter se et adversis frontibus concurrunt ἐπήραμεν et καταγγαγόντες. Compara modo locum p. 463, 11: τοιούτῳ βασιλεῖ κοινωνῶν τοιαύτης ἀρχῆς οὐ κατάγγαγον Φιλοσοφίαν ἀλλ' ἐπῆργα. Quid igitur faciemus? Simplicissimum esse videtur prae-positionem resecare et ἀγγαγόντες pro καταγγαγόντες rescribere. "Αγειν est verbum medium, quale sententia loci requirit et sic recte ponitur controversia utrum τὸ τὴν Φιλοσοφίαν ἐκ τῶν λόγων εἰς τὰ ἔργα ἀγειν sit ἀνάγειν καὶ ἐπαίρειν τὴν Φιλοσοφίαν an κατάγειν καὶ καταβάλλειν.

Miror quomodo Dindorfius p. 447, 9 ferre potuerit: καὶ τοῦ προσεῖναι κόσμου ἐν τοῖς ἔργοις ἐπεμέλησαν, ubi manifesto requiritur κόσμου τοῖς ἔργοις ἐπεμελήθησαν. Ἐπεμέλησαν enim barbarum est, et κόσμος πρόσεσι τοῖς ἔργοις Graecum est, non ἐν τοῖς ἔργοις.

Plato, ut scribit p. 448, 5, ἐθάρρησε περιεργάσασθαι μὴ καὶ αὐτῆς τῆς Φύσεως ἔσιν ἀνώτερον, sed Themistius dederat ἔσι τι ἀνώτερον. Crebro fit ut N et TI permisceantur.

Quod statim sequitur p. 448, 15: καν τῇ μὲν μηδὲν πρόκειται ἀγαθόν, pervulgatus est scribarum error pro προκένται. Mendosum est quod legitur p. 453, 3: ἐὼ τὸν Πρόσκον καὶ τὸν Θρασέαν καὶ τὸν ἐκ τῆς αὐτῆς ἰδέας, ὡς ἐμπλήσωσι σε οἱ συγγραφεῖς. Emenda: ὃν ἐμπλήσουσι σε.

Boni magistratus esse scribit Themistius p. 455, 9: τὸ μη-

δὲν τοῦ κοινῆ λυσιτελοῦντος προύργου ποιεῖσθαι, sed claudicabit sententia donec pro προύργου restitueris προύργιαίτερον, unde pendet genitivus τοῦ κοινῆ λυσιτελοῦντος. Sumsit hoc ab Atticis, veluti Isocr. in Archidamo § 35: ὅπως δὲ χρὴ τοῦ δικαίου ποιεῖσθαι τι προύργιαίτερον οὐδεὶς ἀν με λέγων πείσειν, et saepe hoc sequiores scriptores imitantur. Πρὸ ἔργου legitur nunc apud Themistium p. 52 A: πολὺ ἀν πρὸ ἔργου εἴη πρὸς τὴν θέαν τῆς ἀληθινῆς εὐμορφίας, sed illic quoque προύργου dedisse videtur sumtum ex Platonis Rep. II. p. 376 C: ἄρα τι προύργου ἡμῶν ἐτιν αὐτὸ σκοποῦσι πρὸς τὸ κατιδεῖν οὕπερ ἔνεκα πάντα σκοποῦμεν. Deest vocabulum quo carere non possumus p. 455, 5: οὐκ ἀτιμοτέρους ἀπέφηνα μῆνας πολλῶν ἐνιαυτῶν. Suppleri debet μῆνας (ὁλίγους) πολλῶν ἐνιαυτῶν, ut recte in vicinia legitur: πρὸς δὲ ἀρετῆς ἐπίδειξιν ἀποχρῶται καὶ μῆνες δλίγοι καὶ ἡμέρα, sed ibi ἡμέραι (nempe δλίγαι) pro ἡμέρᾳ dederat, quoniam si singulari numero uti voluissest certo Graecorum usu καὶ ἡμέρᾳ μίᾳ dicere debuisset.

Dixerat Themistius in unaquaque arte non multitudinem artis operum sed praestantiam spectari solere, quibus haec addit p. 456, 2: πόσῳ πλείω τὰ Παύσωνος ἔργα τῶν Ζεύξιδος ἢ τῶν Ἀπελλοῦ; τις οὖν οὐ προτιμᾶ πινάκιον ἐν ἐκείνοιν τοῦν ἀνδροῖν ἢ πᾶσαν δμοῦ τὴν Παύσωνος τέχνην; In his οὖν locum non habet, sed δὲ, quamobrem sic scribendum: τις δ' οὐ προτιμᾶ κτέ.

Confusa sunt duo pronomina p. 456, 6: ὑπάρχει σοι καὶ χρόνῳ σεμνύνεσθαι ὅσον πεπολίτευμα. Res ipsa clamat μοι pro σοι verum esse. "Si praeclarum est, inquit, ut tibi videtur, diu remp. capessere, est mihi etiam hoc nomine quod gloriari possim, namque ab ineunte aetate usque ad extremam senectutem rem publicam gessi."

Deinde sua in remp. merita commemorat, legatum se ad Constantium missum esse, rem frumentariam curasse sese et Senatorum numerum a trecentis ad duo millia auxisse; tum praemia quae tulerit enumerat sic: ἐφ' ὅν δύο μὲν αἱ τε χαλκαὶ παρὰ δυοῖν αὐτοκρατόρων εἰκόνες, τιμαὶ δὲ ἐν γράμμασι διωλύγιαι, παρακλήσεις δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην οὐχ ἀπαξ οὐδὲ δις ἀλλὰ πολλάκις. In his primum scribe ἐξ ὅν pro ἐφ' ὅν,

deinde quaere quid lateat in δύο μὲν αἴ τε χαλκαῖ εἰκόνες, nam haec quidem sana et integra esse nullo modo possunt. Evidem Themistium sic dixisse suspicor: ἐξ ἦν δύο μέν (μοι) αἵδε χαλκαῖ εἰκόνες. Dativus μοι abesse non potest, ubi narrat quos honores, quae praemia ob merita in rem. consecutus fuerit. In AITE latebat αἵδε. Duae statuae ex loco unde verba faciebat Themistius conspiciebantur. Simillimus locus est p. 146 B. ubi est: καὶ χαλκαῖ μὲν αὕται εἰκόνες, in quas dum illa diceret oculos convertebat et manum.

Continuo ita pergit: καὶ προστίθει τούτοις ἀπασιν δπως καὶ δπότε, quae ut Graeca oratio fiat emenda: τούτοις ἀπασι τὸ πῶς καὶ τὸ πότε. In talibus necessarius articulus est et nullo modo omitti potest, ut p. 221 A: ἐμοὶ τοῦ ποσοῦ θαυμασιώτερον ἦν τὸ δπότε, ubi τὸ πότε reponendum. Deinde exponit τὸ πῶς καὶ τὸ πότε, id est qua ratione et quibus temporibus illum honorem Praefecturae Urbanae sit adeptus. In his quae coniungenda fuerant Editores perperam diremerrunt unde locus densis tenebris obscuratus est. Ante omnia uno tenore verba continuanda sunt in hunc modum: δτι μήτε ἐπιλιπαρήσαντος μήτε ἐπ' ἄλλῳ τῷ ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λόγοις, καὶ ήνικα δσπρίων οὐκ ἦν ἀμητός, καὶ παρ' ἀνδρὸς ἥκισα εὐμαροῦς, δε ἐπιτέλλων πρὸς τὴν γερουσίαν αὐτὸ τοῦτο διαρρήδην δμολογεῖ μέρος μέν τι συμπεῖσαι μόλις, τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι καὶ δτι μηδὲν προσείληφαι τοσοῦτον δσον προστέθεικα σεμνότερον ἀποφήνας τούνομα τῆς ἀρχῆς τῇ κοινωνίᾳ. Horum pleraque aperta sunt et perspicua. Themistius adeptus est, ut scribit, illum honorem μὴ ἐπιλιπαρήσας ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λόγοις, præterea in annonae penuria ήνικα δσπρίων οὐκ ἦν ἀμητός, tum παρ' ἀνδρὸς ἥκισα εὐμαροῦς. Apparet eum principem ipsum Theodosium ita appellare, ἀνδρα ἥκισα εὐμαρῆ, quod quid significet non est mihi admodum perspicuum. Si sanum est *minime facilem* dixit Theodosium præterea quod acer esset et admodum diligens in eligendis iis quibus aliquam potestatem committeret. Reliqua sumta sunt ex Theodosii ad Senatum epistola, in qua disertis verbis scripserat: μέρος μέν τι συμπεῖσαι μόλις, τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι. Horum prior pars apertissima est, sed reliqua absurdā et pessime corrupta. Scripserat sese vix a Themistio impetrasse ut eum

honorem susciperet, quod perspicuum est, sed τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι malesanum est ac prorsus absurdum. Vehe- menter suspicor Codicem male lectum a Maio esse, qui quae legebat saepe non intelligebat, ut paulo ante, ubi pro ὁσπρίων edidit ὡς πρίων et comparavit Hesychianum πρίων: ἀγο- ράζων “ex quo quis commodiorem sensum procudat.” Ex ipso sententiae fundo aliquid eruendum est quod argumento loci sat commode respondeat. Fieri potest ut verum sit: τὸ σύμ- παν δέ με μηδὲν δειθῆναι, ut scripserit princeps Themisti- stium omnino illum Praefecturae honorem minime expetiisse. Quod loci reliquum est καὶ ὅτι μηδὲν προσείληφε κτέ. sine controversia ex eadem Principis epistola sumtum est. Pote- rat haec de Themistio Theodosius ad Senatum scribere, sed haec ipse de se praedicare Themistius non poterat.

Pergit Themistius sic p. 457, 12: καὶ εἰ μέν τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν δι’ ἣν τότε μὲν ἀπώκνησα, νῦν δὲ οὐκ ἔτι, ἐρῶ. Non facile dices cur μέν sit interpositum in verbis: εἰ μέν τις. Themistius autem scripserat: εἰ μέ τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν, si quis ex me causam quaereret. Tum describitur optimus prin- ceps, philosophiae amans et Themistii studiosus etiam admonen- tis et increpantis. Ambigunt utrum de Iuliano haec an de Theodosio dicta sint. Non est ulla dubitatio quin de Theodosio sint accipienda. Semel tantum Themistium Praefectura urbana functum esse idque sub Theodosio nunc qui- dem extra omnem controversiam positum est. Vide nunc quid dicat p. 460, 3 de eodem principe quem adhuc omissio no- mine laudaverat: παρ’ αὐτῆς ἐδέξαμην τῆς χειρὸς τὰς πινακί- δας παρ’ ἣς οὐ κεκύρωται ἡ μέλαινα ψῆφος, παρ’ ἣς ὁ σημέραι ἐκφοιτῶσιν ἀγαθῶν πηγαὶ, κακῶν ἐπισχέσεις. Praesentis tem- poris usus ὁ σημέραι ἐκφοιτῶσιν satis arguit de vivo Principe haec dici, quemadmodum perfectum p. 459, 2: οὔτε γὰρ σμικρὸν οὔτε μέγα ἐκλέλοιπεν οὐδὲν τῶν ὑψοῦ φιλοσοφίαν αἰρόν- των. Theodosii igitur ingenium describens ita dicit: σεγανὸς καὶ σαθερὸς καὶ τοῦ καθ’ ἕκαστου κοινῆς κεχαρισμένου τὸ συμφέ- ρον προεξετάζων, in quibus non difficile est duo vitia de- prehendere. Alterum pervulgatum est, προεξετάζων enim scribae substituerunt pro προεξετάζων. Praeterea nonne vides κοινῆς ex sua propria sedc exulare? Facile apparent Themi-

stium hoc dicere: „Theodosius p̄fius quaerere solet quid sit omnibus utile quam quid sit singulis iucundum.” Itaque non aliter quam sic scribere potuit: τοῦ καθ’ ἔκαστον κεχαρισμένου τὸ κοινῆ συμφέρον προεξετάζων. Quomodo κοινῆ loco motum sit non perspicio, sed sic in pristinam sedem reductum esse appetet. In fine loci p. 460, 2 emenda παρὰ ταύτης ἐδεξάμην τῆς χειρός pro παρ’ αὐτῆς, et inserta copula ἀγαθῶν πηγαὶ (καὶ) κακῶν ἐπισχέσεις.

Non debebat Dindorfius ad p. 460, 16 commemorare inutilem Iacobii suspicionem in his: πῶς δὲ ἀν ἔτι τῆς ἀχρησίας τῶν Φιλοσόφων ἐκελεύομεν αἰτιᾶσθαι τοὺς μὴ χρωμένους; ubi non conieciisset ἐκαλύομεν pro ἐκελεύομεν si meminisset Platonis ea verba esse de Rep. VI. p. 489 B. ἀχρισι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ τῆς μέντοι ἀχρησίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς. Celebratum Platonis locum in libro VI de Republica ubi perfectum philosophum ac regem omnibus virtutibus ornatum describit, Themistius, (qui se ab omni adulatione abhorrere tam saepe ipse praedicat ut vix ei credere possis) ad amusim quadrare solet dicere in Principem, quemcumque imperio potitum vidit et compellavit. Loci Platonici pars potior legitur de Rep. VI. p. 487 A. ubi philosophiam appellat ἐπιτήδευμα, ὃ μήποτ’ ἀν τις οἶδε τε γένοιτο ἵκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ Φύσει εἴη μνήμων εὐμαθῆς μεγαλοπρεπῆς εὐχαρισ Φίλος τε καὶ ξυγγενῆς ἀληθείας δικαιοσύνης ἀνδρείας σωφροσύνης. Haec omnia plane in Principe inesse magna voce et bonis lateribus iactabat Themistius in quemcumque principem incidisset, sive is esset Constantius (p. 46 A et 62 A) sive Valens (p. 105 B.) sive Theodosius (p. 215 B. et in hac oratione p. 461, 2). Audi adulatorem ad Constantium ita dicentem p. 46 A: σὲ δέ, ὁ βασιλεῦ, καὶ Πλάτων ὁ σοΦὸς ἐμοῦ πρότερον (L. πρότερος) ἀγεκήρυττε, καὶ ἵνα μὴ ἄλλως με κομψεύεσθαι ὑπολάβῃς ιδού σοι λέγω τὰ ῥῆματα οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν μετακινήσας. Constantium autem cum illo comparari quem Plato perfectum hominem cogitando finxit! Recoquit eadem apud eundem p. 62 A. Nemo nunc mirabitur quo pacto Themistius Constantio unus omnium philosophorum praestantissimus fuerit visus: πράττει δὲ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, ut apud Menan-

drum est. Ubi summa rerum ad Valentem devenit audi mihi philosophum p. 105 B: οὗτος ἐκεῖνός ἐσιν δν ζητεῖς, ὡς θαυματιώτατε Πλάτων, καὶ λέγεις μοι λίαν ἀκριβῶς οὐκ εἰδὼς δν λέγεις καὶ τὴν εἰκόνα ἐκμάττη οὐχ ἔστρως τὸ ἀρχέτυπον. Atque haec Valens et aulici magna cum gravitate audiebant. Ad imperium pervenit Theodosius: statim eadem ei cantilena cantatur pag. 215 B. ἐῶ γὰρ τὸν θεσπέσιον Πλάτωνα, ὃς ηὔξατο μὲν βασιλέα τοιοῦτον εύρήσειν —, ὡς αὐτός που Φησί, νέον σώφρονα πρᾶξον ἡμερον μεγαλοπρεπῆ μεγαλόφρονα, quibus non dubitavit haec statim subiicere, ἀντικρὺς Θεοδόσιον! Eadem iterum in hac oratione apponit, p. 461, 3: δν γὰρ (Πλάτων) ἐν τοῖς συγγράμμασιν αἰτεῖ βασιλέα — νέον εὐμαθῆ μεγαλοπρεπῆ μεγαλόφρονα, καὶ εἰ μὴ τοῦνομα λέγει, τοῦτον (Theodosium) Φησί καὶ τοῦτον εὑχεται ἐπιφανῆναι. Credo etiam Arcadium et Honorium, si vixisset, iisdem laudibus extulisset, quos alii testes aliquanto integriores βοσκήματα appellaverunt. Sed haec obiter: redeo ad emaculandam Themistii orationem, quae gravi vitio inquinata est in iis quae continuo sequuntur p. 461, 13: οἱμωγὴ ἐξελήλαται τῶν ἀρχείων, οἱ δήμοιοι δὲ ὄνομα Φροῦδον. τὸ δὲ ἐπιδεικνύναι καὶ Φαίνειν καὶ προσαγγέλλειν οὐ συνετὰ ῥήματα ἔδη. Quid dicat Themistius apertum est, nempe *delationibus* impositum esse finem. Ex antiquitatibus Atticis depromsit verba quaedam forensia, quae deferre olim significabant, quum delatorum (*συκοφαντῶν*) plena essent omnia. Agnoscamus Φαίνειν et προσαγγέλλειν, sed ἐπιδεικνύναι in tali re nemo dixit umquam. Quis autem in foro Attico tam hospes est ut non statim veram lectionem reperiat quae est ἐνδεικνύναι? Cui non tam nota ἐνδειξίς atque Φάσις et προσαγγελία? Themistius ἐνδεικνύναι et apud Oratores Atticos saepe legerat et in Platone, qui et in libris de Legibus eo verbo nonnumquam utitur et in Socratis Apologia p. 32 B. ἐτοίμων δητῶν ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων, ad quem locum Stallbaumius docuit ἐνδειξίν et ἀπαγωγήν, τὸν ἐνδειχθέντα et ἀπαχθέντα coniungi solere. Certum igitur est ἐνδεικνύναι pro ἐπιδεικνύναι esse reponendum, et notum est omnibus ἐν et ἐπί in libris MSS. inter se permutari solere. Lubenter Themistius utitur vetustis vocabulis forensibus At-

ticorum et formulis quibusdam solemnibus, sed (ut sequiores omnes) non est in ea re satis diligens et in errores quosdam se implicat. Huiusmodi est quod scribit p. 283 A. δικασήριον — σοφώτερον τοῦ εἰς ἔνα καὶ χιλίους, οἵς ἐπιτέτραπται ἐκ τῆς ψήφου ἔξενεγκεῖν ὅ τι χρὴ παθεῖν τὸν ἀλόντα ἢ ἀποτίσαι, et p. 311 C: σεμνότερον δὲ ἦν καὶ Ἀθήνησι διατήριον τῶν εἰς ἔνα καὶ χιλίους ὁ "Ἀρειος πάγος. Nemo enim dixit umquam ἐκ τῆς ψήφου ἔξενεγκεῖν pro γνῶναι, aut ὁ "Ἀρειος πάγος pro ἡ ἐν Ἀρειῷ πάγῳ βουλή. Erravit quoque p. 44 D. ubi scripsit: ὃν οὐκ ἔει φευδομαρτυρίας ἔλειν ἀλλ' οὐδὲ γράψασθαι ὡς χρημάτων ἑαλωκάς — ἐδωρήσατο ἐπαίνους οὐδὲν προσήκοντας. Non est enim Graecum αἴρειν φευδομαρτυρίας, sed φευδομαρτυριῶν, et pro χρημάτων ἑαλωκάς Attici δεδωροδοκηκάς dixissent. Themistius utitur verbo ἀλῶναι τινος pro ἡττηθῆναι aut ἐρασθῆναι τινος. Itaque toto coelo distant δώραν ἀλῶναι apud Atticos et apud serum Atticorum imitatorem Themistium, qui δώραν ἀλούς ponit pro δωροδοκήσας p. 116 B. ubi ad principem ita dicit: τοὺς εἰρηνικοὺς ἄρχοντας περιορᾶς καὶ λαθεῖν ἔξει δώρων. ἀλόντα. Fieri potest (inquit) ut te inscio aliquis eorum donis corrumpatur contra officium et fidem. In Attica ὁ ἀλούς iudicū sententiis damnatus est. De usu verbi ἀλίσκεσθαι apud Themistium alio loco dicam. Peccavit iterum adversus constantem Atticorum loquendi morem p. 201 D: σεμνὸν ἦν — μάρτυρα ποιεῖσθαι τὸν "Ἀρειον πάγον ἢ τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων, nam constanter olim omnes τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους, non τῶν πεντακοσίων, dicere solebant. Enumerans principis beneficia in privatos collata Themistius ita scribit p. 461, 20: τῷ δὲ τροφὴν ἐτήσιον ἔχορηγησε, τῷ δὲ συνέδωκε θυγατέρας, τῷ δὲ ξυμέτισε χρέος ἀναγκαῖον. In his duo sunt manifesta vitia, quorum alterum Maius sustulit, alterum adhuc fugit omnes. Pro συνέδωκε Maius dedit συνεξέδωκε. Quod loci sententia requirit in elocandis filiabus adiuvit nempe dotem illis de suo largiens, id omnes sciunt συνεκδιδόναι appellari. Frequens erat hoc genus beneficii Athenis et notus est locus Demosthenis de Corona § 268 "non commemorabo οὔτ' εἴ τινας ἐκ τῶν πολεμίων ἐλυσάμην οὔτ' εἴ τις θυγατέρας συνεξέδωκα, quo respicit is qui Δημοσθένους ἐγκώμιον scripsit inter libros Lucianeos edi solitum cap. 45:

παρὰ τοῖς οἰκείοις, ὃν ἐλυσάμην αἰχμαλώτους ἢ τοῖς πατράσιν, ὃν συνεξέδωκα τὰς θυγατέρας, ubi pro altero ὃν apertum est oīς emendari oportere. Hoc quoque satis apertum est eodem modo apud Themistium pro ξυνέτισε χρέως reponendum esse συνεξέτισε χρέως, quod verbum non minus necessarium est quam συνεξέδωκε pro ξυνέδωκε. Nempe τίνειν χρέως pro ἀποτίνειν vel ἔκτινειν non dicitur. Συγεκτίνειν Themistius apud Demosthenem legerat in Orat. LIII. § 26: ὡμολόγησαν αὐτοὶ συνεκτίσειν, et aliis locis. Multis verbis praedicat Themistius p. 462, 2 liberalitatem Theodosii, cuius iussu pecuniae iam in fiscum redactae reddebantur iis a quibus contra ius expressae erant. Numquam antea auditum hoc est, inquit, ἀλλ' ἦν ἀν ὑπόστροφος ἢ ζημία τοῖς ἡδικημένοις. Mirum tam evidens mendum latere potuisse: scribendum est enim ἀνυπόστροφος.

Deinde addit novum et insignius etiam liberalitatis argumentum his verbis: τὸ δὲ καὶ τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι δοῦναι δωρεὰν καὶ πλείονός γε δοῦναι δωρεὰν ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ἥτησε — τίνα Ἀλκιβιάδην οὐχ ὑπερβάλλει; Pro ἥτησε Maius aut ἥτησε τις aut ἥτησαν coniecit, quorum hoc verum videtur, sed multo gravius mendum superest. Quid enim sibi volunt verba ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ἥτησαν? Vera scriptura exsculpi potest ex praecedentibus τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι. Nempe χρήσασθαι non est a verbo χρῆσθαι, sed a κίχρασθαι, et χρήσασθαι idem est atque δανείσασθαι. Sic demum intelligitur quid sit δοῦναι δωρεὰν τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι, quam quis pecuniam volebat sumere mutuam, eam dono dedisse Theodosius narratur. Itaque pro ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ἥτησαν appetet corrigi oportere ἢ ὅσον χρῆσασθαι ἥτησαν. Postquam χρῆσασθαι in χρῆσθαι depravatum est, ὅσον verbo χρῆσθαι accommodatum est.

Necessaria vocula incuria omissa est p. 462, sq. in verbis: ἄρα τούτους εἴασεν εὐπάθειν —, ὃν δὲ ἀφελόμενος ἀπέδωκε — τούτους συνεχώρησεν ἀνιᾶσθαι. Supple: τούτους (μὲν) εἴασεν εὐπάθειν κτέ. Sensu vacuum est quod editur p. 463, 1: οἶδα ἐγὼ πολλοὺς ἀχαρίσους Φανέντας ὑπὲρ ὃν ἔτυχον ἀγαθῶν τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανίστας. Nihili est ἐπανίσται τὴν εὔνοιαν. Suspicor Themistium dedisse: τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανιστοῦντας, id est beneficiis quae acceperant parem benevolentiam non refe-

rentes, beneficiis in se collatis benevolentiam non exaequantes. Continuo sequitur: *καίτοι γε ἀλγεινότατος τῷ πεποιηκότι καλῶς ἡ παρὰ τοῦ πεπονθότος ἀγνωμοσύνη, ubi ἀλγεινότατου scribendum esse satis, credo, manifestum est.* Mox scribe ὑπὸ τοσούτου πλημμελήματος pro τοιούτου.

Non recte componuntur εἴτε — ἢ p. 465, 12: εἴτε γεωργοῖς αὐτοῖς ἔθέλει χρῆσθαι βασιλεὺς ἢ σρατιώταις. Certa lex sermonis rescribere iubet εἴτε σρατιώταις.

Turpe mendum p. 466, 8: δυσχωρίας, ἀς δικάζονται οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ, iam antea admonuimus ita eximendum esse ut pro absurdo δικάζονται corrigatur διεξιόντες.

Male composita verba sunt p. 467, 7: τέως μὲν ἡριθμοῦντο πρὸς ὀπόσους παραταξόμεθα. Res ipsa clamat Themistium dedisse: *numerare solebamus, ἡριθμοῦμεν.*

Substitue adverbium pro adiectivo p. 467, 11: σκόπει τοίνυν ὅσῳ βασιλικώτερος Θεοδόσιος τοῖς λυπήσασι προσενήνεκται ὁ — εὑρυκρείων Ἀγαμέμνων, nam nulla est dubitatio quin βασιλικώτερον sit emendandum.

Peccavit Themistius ipse p. 467, 14 ubi scripsit: ἐπιτιμᾶ τὸν ἀδελφὸν μαλαττόμενον πρὸς τὸν ἱκέτην, nam non est recordatus ἐπιτιμᾶν cum dativo coniungi oportere et ἐπιτιμᾶ τῷ ἀδελφῷ Graecum esse pro *increpat fratrem*. Semel apud Herodotum legitur VI. 39: τὸν ἀδελφὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων, ubi miro et inaudito more ἐπιτιμέων ponitur pro simplici τιμῶν *fratri honorem habens*, si sana scriptura est, de qua re vehementer dubito. Ἐπιτιμᾶν autem pro ἐπιπλήττειν positum passim legitur apud omnes et constanti omnium usu dativum regit.

Post pauca Φέροι legendum est pro Φέρει in verbis Homeri μηδ' ὄντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἔόντα Φέροι, μηδὲ τοῦτον διαφυγεῖν. In sqq. recipere Dindorfius debebat certam Iacobpii emendationem νυμφοσολοῦμεν τὰς θυγατέρας pro νυμφοτροφοῦμεν, quod absurdum verbum est et natum scribae oscitantia verbum παιδοτροφοῦμεν, quod praecedit, ἔναυλον habentis.

Certum vitium et parata medicina est p. 468, 19: ὁ Σωκράτης ἀπεδέχετο καὶ πρὸς τὸν θρυλούμενον λόγον — ὅτι μὲν δεῖ τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς βλάπτειν. Primum restitue sanam verborum compositionem in ultima parte sic:

ὅτι δεῖ τοὺς μὲν Φίλους εῦ ποιεῖν, τοὺς δὲ ἔχθροὺς βλάπτειν.
 Deinde vide quid lateat in ἀπεδέχετο καὶ πρὸς τὸν λόγον,
 quae manifesto mendosa sunt et sensu destituta. Quod Iacobsius coniecit pro καὶ πρὸς reponendum esse οὐχ ἀπλῶς,
 ludere est, non emendare. Vitii sedes est in ἀπεδέχετο, in quo
 verbo si duas litterulas correxeris, habebis scripturam sanam
 et perspicuam hanc: ὁ Σωκράτης ἀπεμάχετο πρὸς τὸν λό-
 γον. Non ille pide Socrates veluti cum adversario quodam
depugnare dicitur cum celebrata multorum sententia, quam
deiicere studebat.

Scribarum vitio atra caligo premit locum p. 469, 19, ubi
 quum dixisset Themistius „Hercules non propterea tantus vir
 erat quia tenebat τοὺς περιντικοὺς λόγους καὶ τοὺς ἀπεράντους,
 ἀλλ' ὅτι ἐκώλυσε παρανομίαν,” ita pergit: κἀγὼ τοίνυν τὸν
 Ἰόλεων ἐμιμησάμην καὶ γέγονα χρόνον τινὰ ὑπουργὸς τῷ Καλ-
 λινίκῳ καὶ τῆς κοινῆς ἐσίας ἐπεμελήθην. οὐ περιείργασμαι οὐδὲ
 ἔλαττον προσήκει τούτῳ ἔχειν ή η τοῖς ἀβακίοις ἐγκαρτερήσασα.
 Dicam simplicissime quomodo haec veterem formam recipere
 debeant, quo facto omnia clara luce splendebunt. Nempe sic
 legendum est: κἀγὼ τοίνυν (εἰ) τὸν Ἰόλεων ἐμιμησάμην καὶ —
 τῆς κοινῆς ἐσίας ἐπεμελήθην, οὐ περιείργασμαι οὐδὲ ἔλαττον
 προσήκει ταύτῃ μ' ἔχειν η εἰ τοῖς ἀβακίοις ἐνεκαρτέρησα. Haec
 demum sana sententia est et praecedentibus apte respondens.
 Nunc omnia recte et ordine procedunt. Partem veri vidit
 Iacobsius, qui ultimam loci partem sic constituerat: οὐδὲ ἔλατ-
 τον προσήκει διὰ τοῦτο ἔχειν η εἰ τοῖς ἀβακίοις ἐνεκαρτέρησα
 ἀεί. Sed nil proderat haec emaculasse donec esset restituta
 protasis κἀγὼ τοίνυν, εἰ τὸν Ἰόλεων ἐμιμησάμην, οὐ περιείρ-
 γασμαι. Tecte principem Theodosium cum Hercule compa-
 rrans et eum τὸν Καλλίνικον appellans, quo nomine veteres Her-
 culem designant, Iolaum se ipsum facit Herculis adiutorem,
 et satis callide rationem sic concludit: si Herculis philoso-
 phia fortibus factis spectaretur, se qui ei horum laborum so-
 cius et adiutor fuerit non posse supervacuam operam et va-
 nam in illis rebus perdidisse. Pro διὰ τοῦτο, quod Iacobsius
 reponebat, malui ταύτη scribere, et satis est τοῖς ἀβακίοις
 ἐνεκαρτέρησα sine ἀεί, quod plane est inutile.

Etiam ea quae continuo sequuntur, ut a Maio edita sunt,

intelligi prorsus nequeunt, quia perperam divisa et male distincta sunt et insuper uno et altero mendo inquinata. Maius dissecuit quae arctissime inter se coniuncta fuerunt et ita demum res in integrum restitui poterit et certa lux afflugebit ubi ea coaluerint in unum quae nunc discerpta et dilacerata videmus. Itaque primum omnia ea verba sic scribe: ἀλλὰ Πλάτων μὲν οὐκ ἀπήει τρὶς διαπλέων ὑπὲρ Διωνος τὸν Ἰόνιον, οὐδὲ Ἀριστότελης ὑπὲρ Σταγείρων πεφροντικῶς οὐδὲ Καρνεάδης οὐδὲ Κριτόλαος πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Ἀττικῆς, ἐγὼ δὲ, ὡς ἔοικε, χαμαὶ πάλιν ἐκυλινδούμην ἀπὸ τοῦ διαύλου τῆς ἐσπερίας καὶ τῆς ἐφάσης ὃν διέδραμον ἢδη τὴν ἀγαθὴν δέξαν τῆς πθλεως συμπεριφέρων. Maius enim haec ita discidit ut in fine capitinis XXVIII poneret: ἀλλὰ Πλάτων μὲν — πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Ἀττικῆς; et quasi nova sententia institueretur novum caput XXIX orditur a verbis: Ἐγὼ δὲ, ὡς ἔοικε, κτέ. et sic omnia, ut tu vides, pervertit ac pessumdat. Restituta sic totius loci conformatio melius apparent vitia, quibus singulae loci partes laborant. Gravissimum et turpissimum vitium est in οὐκ ἀπήει. Ecquid esse potest absurdius quam hoc: Πλάτων τρὶς διαπλέων τὸν Ἰόνιον οὐκ ἀπήει? Non potuit simul Hadriaticum mare traiicere et domi manere, οὐκ ἀπιέναι. Ex ipsa oppositione, quae in loco inest, primum sententia verborum in mendo latentium cognoscetur, deinde ubi de sententia constet reperiri poterunt ipsa verba, quibus in eam rem Themistius sit usus. Verbis corruptis Πλάτων μὲν οὐκ ἀπήει opposuit haec: ἐγὼ δὲ χαμαὶ ἐκυλινδούμην, unde satis appareat eum de Platone et caeteris dixisse aliquid in hanc sententiam: „Plato, Aristoteles, Carneades et Crito-laus quum itinera reip. causa susciperent et legationibus fungerentur nihil fecerunt quod esset philosophia indignum; ego si remp. capesso et legationes obeo χαμαὶ κυλινδούμαι, humili volutor et versor in rebus, quae philosophum non decent. Itaque in depravatis verbis οὐκ ἀπήει latet aliquid quod hoc redeat: οὐδὲν ἐποιησε τῆς φιλοσοφίας ἀνάξιον. Videndum nunc est an id elicere possimus. Quomodo, dixerit aliquis, fieri poterit ut ex ΟΤΚΑΠΗΙΕΙ huiusmodi quid eruatur? Non est ea res tam difficilis et ardua atque prima specie alicui videatur. Necesse est meminisse quid impulerit Themistium ut

hanc orationem haberet ederetque. Nempe extorsit hanc Themistio defensionem mordax Palladae epigramma hoc:

"Αντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος ἐξ πόθου ἥλθες

ἄντυγος ἀργυρένης αἰσχος ἀπειρέσιν.

ἥσθα ποτε κρείσσων, αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων,

δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

qui versus magis protervi et mordaces quam faceti et elegantes quum tota urbe cantarentur et omnibus essent in ore, Themistius iis hanc orationem opposuit, in qua saepius cum ipso Pallada tamquam si adesset depugnat, et summa ope hoc agit ut ne gerendo praefecturam videatur philosophiam καταγγεῖν et ipse καταβῆναι. Sumserat hoc verbum Palladas a Platone, ut ostendit Themistius ipse p. 471, 9: μὴ οὖν ἀπρὶς ἔχου τοῦ ῥῆματος μηδὲ ὅτι Πλάτων ἐν Πολιτείᾳ τοὺς ἀπὸ τῆς θείας θεωρίας καταβαίνοντας εἰς τὴν ἀνθρωπίνην ὑποκορίζεται τούτῳ τῷ ῥῆματίῳ οἷον καὶ μικρὸν πολιτεύεσθαι, ubi scribendum est μηδὲ — οἷον μικρὸν (τὸ) πολιτεύεσθαι. Respicitur liber VII de Rep., in quo philosophi dicuntur ἄνω ἀναβάντες αὐτὸ τάγαθὸν ὄραν et sic μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ' ἐκείνους τοὺς δεσμώτας μηδὲ μετέχειν τῶν παρ' ἐκείνοις πόνων τε καὶ τιμῶν, p. 519 D. Hinc exclamat Themistius p. 453, 15: εἴτα λέγεις ὅτι κατέβην, et post pauca: οὐ κατέβην, ὡς Φίλος, ἀλλὰ κατὰ χώραν ἀναβέβηκα, quibus continuo subiungit: οὐδὲ γὰρ Σωκράτης ἐκεῖνος ἐκ Φιλοσοφίας κατέβη πρυτανεύσας Ἀθήνησιν, et οὐδὲ ὁ πάγκαλος Ξενοφῶν σρατηγῆσας τῶν μυρίων ἐκ Φιλοσοφίας κατέβη, et οὐδὲ Παρμενίδης κατέβη νομοθετῶν Ἰταλιώταις. Iam tu vides quid in ΟΤΚΑΠΗΙΕΙ lateat. Hoc ipsum verbum eodem sensu de Platone caeterisque veteribus philosophis usurpaverat et ita dixerat: ἀλλὰ Πλάτων μὲν οὐ κατέβη τρὶς διαπλέων τὸν Ἰόνιον, — ἐγὼ δὲ χαμαὶ πάλιν ἐκυλινδούμην. In ultimis his verbis novus error inest. Quid enim sibi vult πάλιν? Nihil hercle. Rescribe πάλαι, quoniam legationibus, quas oīm obierat, opponit statim τὴν ἐναγχος ἀποδημίαν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ῥάμην. Non est insolitus scribarum error, quo πάλαι et πάλιν inter se permiscentur.

In iis quae de recenti sua legatione ad Romanos scribit p. 471, 1 appareat nova librariorum socordia, quac adhuc

Criticos fugit: ἐπρέσβευον πρὸς τὸν ὑμετέρους πατέρας, inquit, δομόνοιαν ταῖς πόλεσι πρυτανεύων καὶ ἐντίμους αὐτοῖς ὑμᾶς καὶ αἰδοῖους ποιῶν, quod hoc argumento confirmat: ἀ γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκεῖνοι πρὸς τὸν αὐτοκράτορας ἐψηφίζοντο κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης. Quae est ea sententia: *quos vobis honores decreverunt, hi toti civitati decori et ornamento sunt.* Quos dicat honores perspicuum est ex iis quae continuo addidit: καὶ εἰ μὴ Φορτικὸς ὑμῶν ἔμελλον ἔσεσθαι τὸν ἐμαυτοῦ καταλέγων ἐπαίνους κτέ. Nempe ipsum legatum Themistium Romanii honorificentissimis decretis ornaverant, quam laudem in totam civitatem redundare dixit. Itaque emendandum ὑμῶν pro ὑμῶν, quod sciunt omnes pervulgatum esse in libris vitium, atque sic rescribendum: ἀ γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκεῖνοι ἐψηφίζοντο κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης.

Nisi invidiosum esset, inquit, p. 471, 5, *recitassem vobis Senatus Romanorum exclamations*, δὶ’ ἄν καὶ τοῦτο ἀπάνασθε ἄν μαθόντες ὅποσῳ τῷ περιόντι νικῶσι Ῥωμαῖοι τῷ σεμνύνειν καὶ τιμᾶν ἀρετήν. Tralaticium mendum est in verbis δὶ’ ἄν, pro quibus ἐξ ἄν est corrigendum. Cur toties δὶ et ἐξ confundantur saepius alibi demonstravimus.

C. G. СОВЕТ.



THUCYDIDES EMBLEMATE LIBERATUS.

Foede interpolatus est Thucydidis locus in oratione Pericles I. 140: ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ Βραχέος ἄν πολεμεῖν εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προύχονται [εἰ καθαιρεθείη μὴ ἄν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον]. Ultima verba in marginem, unde male irrepserunt, ableganda sunt. "Οπερ μάλιστα προύχονται refertur ad ea quae praecedunt περὶ Βραχέος ἄν πολεμεῖν εἰ τὸ Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν. Nisi emblemata sustuleris, ὅπερ ad τὸ ψήφισμα erit referendum et ὅπερ εἰ καθαιρεθείη fuissent arcte coniungenda, quae nunc interpositis μάλιστα προύχονται intolerabilem in modum dissecta sunt.

C. G. СОВЕТ.